



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Celsissimo, Ac Reverendissimo Domino, Domino Casparo Ignatio,
Episcopo, Et S. R. I. Principi Brixinensi, Ex Comitibus Kinigl, &c. &c.
Principi, Ac Domino Domino Suo Clementissimo Felicitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

C E L S I S S I M O , A C
R E V E R E N D I S S I M O
D O M I N O , D O M I N O
C A S P A R O
I G N A T I O ,
EPISCOPO, ET S.R.I. PRIN-
CIPI BRIXINENSI, EX COMI-
TIBUS KINIGL, &c. &c.
P R I N C I P I , A C D O M I N O D O M I N O
S U O C L E M E N T I S S I M O F E L I C I T A T E M .



T hanc obscuri No-
minis Scriptionem Tuō
Illustrissimo Nomini in-
scribere, meūmque Tuæ
Mitræ Ephemerologium
substernere nō dubitarē,
Celsissime ac Reverendissime PRINCEPS,
multa, eaque non levium rationum argu-

X 2

m c n -

D E D I C A T I O.

menta me permoverunt. Atque, ut Sexcenta præteream, animum in primis fecit, & facilem ad Te accessum atque admissionem ad promisit Tua Clementissima Humanitas, ac humanissima Clemencia, quæ Tuam Celsitudinem ita omni hominum generi inclinat, tamque facilem etiam privatis ad Te aditum & aliquid indulget, ut, qui Dignitate inter Principes excellis, facilitate par infimis esse videaris.

Loquuntur hanc Tuam in omnes Clementissimam Humanitatem conferta cum reorum & poenitentium, tum misericordum, & cum inopia conflitantium agmina, quibus & aures patientissime in Sacro tribunali accommodas, & cum Libello supplici accurrentibus paternam manum tam munificè, tam liberaliter impertiris, ut isti in Celfissimo suo PRINCIPE Patrem pauperum, illi in Reverendissimo Praefule salutis & animarum sua-

D E D I C A T I O .

suarum peritissimum Medicum ac Pastorem vigilanssum, non sine communione omnium solatio experiantur.

Animarunt præterea hoc ipsum ad Te accedendi propositum, aliorum, qui me præcesserunt, vestigia, qui cum vel Thesum suarum Iconismos, vel eruditos ingenij sui partus, Tuis auspicijs dedicarent, adeò repulsam à Te non tulerunt, ut potius & Laborum suorum doctissimum Æstimatorem, & Lucubrationum suarum Protectorem atque Patronum in Te potentissimum reperirent. Animarunt hæc, inquam, meum in hoc opere & labore propositum, ut hæc, quæ scripseram, Tibi uni Clementissime ac Reverendissime PRINCEPS inscribenda esse existimarem. Et quid ni hosce conatus meos Tibi potissimum sacratos, dedicatosque velim Celsissime ac Reverendissime PRINCEPS, cuius singularis, ac penè incredibilis Divinæ gloriæ, anima-

) 3 rūm-

D E D I C A T I O.

rūmque Zelus, cùm in reliquis omnibus,
tum præcipuè in rerum ad Divinum cul-
tum, ac Religionem pertinentium stu-
dio, Rituūmque Ecclesiasticorum exa-
ctissima observatione (quam *Codex Sa-*
cerdotalis in Tuæ Dioecesis comodum
recèns impressus exactissima methodo
docet) utilissimè, laudabilissimèque exer-
cetur. Multa sunt in hoc ipso scriben-
di genere, quæ, ut ad majus quæ profa-
ni, quæ Clericalis ordinis emolumentum
cederent, tuis Imperijs atque Institutio-
nibus, vel nova in lucem sunt edita, vel
aucta emendataque, communi omnium
usui atque utilitati fuere exposita. In
quibus cùm & meam subinde opellam
in partem operis advocare, atque admit-
tere clementissimè dignatus fueris, dubi-
tare non possum, quin facile exorari Te
patiaris, ut hujus quoque scriptionis pa-
tronitum in Te clementissimè suscipias,
cui, ut ego animum & manum admove-
rem,

D E D I C A T I O .

rem, Tu Ipse Clementissime & Reverendissime PRINCEPS, mihi penè Auctor, certè Hortator, & Mecoenas esse ultro ac benignissimè voluisti.

Admitte igitur Celsissime & Reverendissime PRINCEPS hunc librum tot nominibus & titulis Tuum, quot notis & characteribus exaratum : qui si defensent omnes, omnium loco sufficeret Tuus in hanc minimam Societatem nostram affectus Paternus, & Favor maximus. Èâ enim hucusque benevolentia prosecutus es hanc JESU Societatem Clementissime PRINCEPS, ut in eadem amanda, & fovenda Sanctissimos Ecclesiæ Principes & Antistites Carolos Borromæos, Franciscos Salesios, Thomas Villanova- nos æmulari quam proximè videaris. Fatetur sanè nostra familia se Tuis meritis ac beneficijs æternum obæratam esse ac vestigalem : cuius ut ego tributum, seu qualemunque gratitudinis & observan-

tiæ

D E D I C A T I O.

tiæ mnemosynon persolverem, hanc lu-
cubrationem ad Tuas Infulas devotissi-
mè deponere, Tuísque Auspicijs demis-
sissimè consecrare volui, spe firma &
certa fretus fore, ut hujus Ephemerologij
obscuro nomini illustre decus acce-
dat, si sub Nominis & Favoris Tui Illu-
strissimo fidere in lucem publicam sit
proditurum. Patere igitur *Celsissime*
& *Reverendissime PRINCEPS*, ut hoc
opus sub Mitræ Tuæ felicissimo auspi-
cio lucem meridianam aspiciat : quod
ut ad Divinæ gloriæ augmentum cum-
primis faciat, ex animo desidero : ita
& Nominis Tui Immortalitati dedica-
tum, sacrûmque quam maximè cupio

Celsitudinis Tuæ

Reverendissimæ

Infimus ac devotissimus

Joannes Baptista Halden S. J.